



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Derogatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

DEROGATIO.

DE clausulis derogatoriis, vide *c. non nullis*, & ibi Doct. de *rescript.* Gom. in *c. 1. à numero 175. de constit. lib. 6. & 9. 5. super reg. Cancell. & Staph. de lit. grat. fol. 184.* & ibi per multa; quando derogatur per clausulam generalem statuto jurato, vide Gomel. in *d. c. n. 186. & quast. 78. de ann. possess.* & hoc nota pro practica quotidiana, quando veniunt Rescripta, seu Bullæ ab Urbe. Præterea, quando Episcopus habet alternativam, & vacat beneficium in mense suo, impetrans nihil impetraret, nisi Papa derogaret alternativæ, & hoc etiam in gratiis expectativis, Gom. de *expect. n. 21. & cap. primo, & cap. cum ordinem, de rescript.* quamvis Papa, seu Legatus concurrat accumulativè cum Ordinariis in quatuor mensibus, quos habent, vel sex, cum acceptatione alternativæ, prout gloss. ubi *supra. num. 14. & infra*, quia illud intelligitur, quando Papa scienter provideret, & hac intentione, ut præjudicet Ordinariis, secus verò in dubio, idem ubi *supra num. 16.* & ita intelligenda sunt, quæ dicit Rebuff. in *titul. de devolut. à num. 44. & infra*, & derogatio facta universali, per verba prægnantia, vel æquipollentia, non derogant foundationi juris patronatus laicorum, nisi in individuo derogetur. Caputaq. *decis. 122.*

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

SUMMARIUM.

1. Quid sint.

2. De quibus bonis capi seu constitui debet.
3. Quibus debentur, & quibus non.
4. Quid de illis amissis fieri debeat.
5. Privilegia distributionum qua sint.

AD primum. Distributiones quotidianæ, est quædam portio, compacta, seu constituta ex redditibus Ecclesiasticis, dividenda inter servientes actu divinis officii. Ista descriptio sumitur ex gl. in *c. unico, in ver. receperit, de Cler. non resid. libro 6. & ex Conc. Trid. sess. 21. cap. 3. de reform.* ubi videto, quia ibi habes quomodo constitui debeant, videto etiam *sess. 24. cap. 15. de reform.*

Ad secundum. Videto Conc. Trid. *sess. 22. c. 3. de reform.* ubi habes ex quibus debeant constitui, & fieri, dubitatur an Episcopus possit sumere beneficia simplicia, ut aliquas præbendas pro constituendis istis distributionibus quotidianis, vel tenuibus impinguandis, & videtur quod sic, quia Conc. *loc. cit. id* videtur admittere, quando dicit, *ex proventibus quibuscumque dignitatum, personarum, & officiorum*, tamen in oppositum respondetur per sac. Congreg. *declarat. 333.* in hæc verba: *Nec pro distributionibus quotidianis Canonorum cathedralis vel collegiatae Ecclesie auferendum est quicquam de beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedrali, vel Collegiatam, nisi Ecclesia vel beneficia extra dictam Cathedrali vel Collegiatam existentia essent perpetuo unita præbendis Canoniarum prædictarum Ecclesiarum, à quibus beneficiis extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cætero ab hujusmodi exactioe absteatur, & ita etiam fuit responsum ab eadem sac. Congr. Archiep.*